

## Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen (Ed. Wartmann) Nr. 338

Domino et in Christo patri Gauzperto abbate de monasterio sancti Galloni ego quidem in Dei nomine Adalbertus. Dum ego res condonare in ea scilicet ratione, si tu ipse aut filius vel filie ex te procreati fuerint, hoc quod in Farnowanch est, liceat vobis hoc in hereditate redimere aput solidos X. Et si ex te filii aut filie procreati non fuerint, tunc filius filii tui Ghaarat habeat hoc, quod in Farnovanc visus es habere, censu in denarios VI ad missa sancti Martini, et hoc, quod in Scongaua habes, similiter habeat filia filie tue Henghilrata in denariis VI, et qualis de te et uxore tua longius vixerit, istas superscriptas res habeatis censu denariorum .... Et si tu ipse aut infantes, qui ex te procreati fuerint, vobis in alode recperitis, tunc Ghaarat et Henghilrata hoc, quod in Scongaua habes, communiter habeant in denariis VI. Et si uterque ex illis extra infantes defunti fuerint, ille alius illas res teneat in eodem censo. Et si de ipso censo negligens aut tardi apparueritis in I anno, in alio autem ambosque censos solvere studeatis et de ipsas res expoliati esse non debeatis. Facta precaria anno XVIII Hludowici imperii eius. Signum † Wolfhardo advocato, qui per iussionem Gauzberti abbatis fieri ac firmare rogavit. sig. † sig. Albger. sig. † Wipertus. Sig. † ..... sig. † Ildibrando. sig. † Liutperto. sig. Lantperto. sig. † Sighiboldo. Perrvhicus decanus. sinnum prepositi Reginarti. sinnum Hisanberti. sinnum Engilberti. Ego Notavi Actum